

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

*Manipulus florum*, Predicacio k:

Qualis debet esse qui euangelizat regnum Dei  
preceptis ewangelicis designatur;

hoc est ut subsidii secularis adminicula non  
requirat fideique totus inherens putet quo  
minus ista requiret magis posse suppeter.

Ambrosius super illud Luce IX.:  
Nichil tuleritis in uia et cetera.

Predicacio k  
cum fontibus proximo et primo

Fons proximus:

Unde Ambrosius, super illud Luc. 9, [3],  
*Nihil tuleritis in via* etc.:

Qualis debeat esse qui euangelizat regnum Dei,  
praeceptis ewangelicis designatur:

hoc est, ut subsidii saecularis adminicula non  
requirat, fideique totus inhaerens putet, quo  
minus ista requiret magis posse suppeter.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 97.1.3 (P. Caramello ed., p.464).

Fons primus:

Qualis debeat esse qui euangelizat regnum dei  
praeceptis euangelicis designatur,  
ut sine uirga, sine pera, sine calciamento,  
sine pane, sine pecunia,  
hoc est subsidii saecularis amminicula non  
requirens fideique tutus putet sibi quo  
minus ea requireat magis posse subpetere.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii secundum Lucam*, 6.65 (CCSL 14, M. Adriaen & P.A. Ballerini eds., p.196, ll.648-652).